

IN NOMINE DOMINI. AMEN.
COETUS PATROLOGORUM POLONORUM
OMNIBUS HASCE LITTERAS VISURIS
SALUTEM
CUM DOMINUS ILLUSTRISSIMUS
ADALBERTUS STAWISZYŃSKI,

QUI IN SCIENTIARUM TECHNICARUM SCHOLA VARSAVIENSI MAGISTRI CHIMIAE TITULUM ASSECUTUS ESSET, QUI VERGENTE SAECULO POST CHRISTUM NATUM VICESIMO, COMMUNISTARUM REGIMINE POLONORUM MOTUM IN LIBERTATEM SE VINDICANTIUM OPPRIMENTE, MULTOS PERIMENTE, PLURES VULNERANTE, PLURIMOS AFFLIGENTE, OMNIBUS TERRORI INICIENTE, CUM ALIIS CIVIBUS ISTI VIOLENTIAE FORTITER RESISTERE CONATUS ESSET, QUI DEMUM COMPOSITIS REBUS ANTIQUORUM CHRISTIANORUM SCRIPTORUM OPERA COGNOSCENDI STUDIO INFLAMMATUS AD ILLA CONQUIRENDA ET PERTRACTANDA SE CONVERTISSET ET MULTOS ANNOS BIBLIOGRAPHIAE PATRISTICAE COLLIGENDAE OPERAM CURAMQUE IMPENDISSET, QUO AD FOVENDA HAEC STUDIA IN POLONIA PLURIMUM CONTULISSET, QUATTUORDECIM VITAE SVAE LUSTRA FINIERIT,

AMICI ET COLLEGAE

ILLI GRATULANTUR ET OPTANT, UT FIRMA VALETUDINE GAUDEAT ET LABOREM SUUM AD PROGRESSUM PATROLOGIAE POLONAE PORRO EXERCEAT EIUSQUE FRUCTIBUS ABUNDANTIBUS LAETETUR.

DATUM
DIE XV MENSIS SEPTEMBRIS
IN MEMORIA BEATAE MARIAE VIRGINIS PERDOLENTIS
ANNO DOMINI MMXXI

Textum exaravit et in linguam Latinam vertit
Georgius A. Wojtczak-Szyszkowski